



Blingee

FLORES IN FESTA



In Graecia Primus dies Maii (in Graeco moderno *Πρωτομαγιά*, ab antiquis verbis *πρῶτος*, “primus”, et *Μάιος*, “Maius”), non est Festum solum Laboris, sed quoque, in transitu aestatis, naturae fertilitatis. Inter mores adhuc in usu, corona inserenda in ianua domorum e floribus odoratis vario colore. Haec consuetudo originem trahit a festa *Thargilionas* –nomen antiquum mensis Maii- in honore Demetrae, deae agriculturae, et Proserpinae,



ei⁹ filiae, quae, secundum mythum, redib⁹t ih⁹c tempore ab Inferis ad vivos.



In insulis, olim, maris Aegeii puellae primo mane deambulabant ad puteos silenter ad vasa emplenda “aqua silentii”. Dein redib⁹t ad domus, numquam loquentes, et ibi tacere perseverabant, eadem aqua se abluentes.


In insula Corcyra in aliquot pagis ad diem celebrandum, truncus cyparissi truncus aureis bellidibus obrutus. Truncus, *Mayoxilus nuncupatus* (a verbis antiqui Graeci Μαῖος= Maius et lignum ξύλον=



**lignum), circumdatur viridibus ramis. Pueri, qui eum ferunt, induti candidis
togis cum chlamyde rubra, canentes typica carmina, deambulant per vicos.**



**Denique, in urbe Heraklion, in insula Creta, in Maii primo die agitur
spectaculum florum, ut iam fiebat tempore Minoicorum.**



Festa similis est quoque in Bulgaria, acta autem post unum mensem, cum electione “Regina Rosarum” inter lycaeales pulcherrimas.



Lucia Mattera

